nerentur ex invicem neque ex alijs: et ut omnia generentur ex eis  
et hec existentia sunt in principijs contrarijs: secundum autem quod  
sunt principia non generantur ex alijs: secundum vero quod sunt con-  
traria non sunt ex invicem.

42 Manifestus est. Quia apparet ex sermonibus omnium: quod ponunt  
principia contraria: sed non conveniunt in eadem contrarietate: tamen uni-  
versaliter conveniunt in hoc quod sunt contraria: et intendit notificare quod an-  
tiqui conveniunt in hoc quod sunt contraria principia: aut cum contrarie-  
tate propter duo. scilicet ut demonstraret quod omnes concedunt principia esse plura  
uno: et et perscrutetur de hoc quod dicunt: et ponat principium perscruta-  
tionis de illo. Deinde perscrutabitur post de hac contrarietate quid sit: et  
utrum est necesse ponere aliam nam a contrarietate: aut non. Dixit.  
manifestum est igitur et cetera. manifestum est igitur ex hoc quod narra-  
vimus quod omnes ponunt principia contraria aliquo modo contrarietatis: sed non con-  
veniunt in hoc quis. scilicet sit ille modus. Deinde cepit notificare quod bene  
fecerunt: et inducerentur que moverunt eos ad dicendum hoc: et dixit  
et si necesse est. scilicet necesse est. ut principia et cetera. quoniam si generantur  
ex invicem tunc erit idem principium et non principium insimul: siue sint  
principia ad invicem secundum reciprocationem siue non. Deinde dixit:  
neque ex alijs: hoc manifestus est per se etiam. scilicet quod prima principia  
non debent generari ex alijs. et sic essent prima et non prima. Deinde  
induxit tertium proprium: et dixit. et ut omnia generentur ex eis: hoc ma-  
nifestum est et secundum quod principia debent esse communia omnibus entibus  
que sunt ex principijs: et cum demonstravit ista propria in principijs:  
incepit etiam demonstrare et declarare illa esse in contrarijs: et dixit. et  
hec sunt existentia in primis contrarijs et cetera. necesse est enim ut non ge-  
nerentur ex alijs: quia sunt principia: et non generentur ex invicem quia  
sunt contraria: et contrarium non generatur ex contrario. id est non mutat in illud.

Contrarium si  
mutat in suum  
contrarium.  
Ideo infra  
com. 51.

non quolibet  
sit ex alijs.

Sed oportet hoc in ratione considerare qualiter contingat. Ac-  
cipiendus igitur est principium quod omnium que sunt nihil  
neque facere aptum naturae est: neque pati contingens a prin-  
cipio: neque sit quodlibet ex quolibet: nisi aliquis acci-  
piat secundum accidens: qualiter enim utique fiet album ex musico  
nisi habet accidens: sic ex albo aut nigro musicum. Sed album  
quidem sit ex non albo: et non ex omni: sed ex nigro: aut me-  
dio. et musicum ex non musico sed non ex omni: sed ex mu-  
sico: aut si aliquid ipsis est medium.

Sed oportet considerare in hoc secundum rationem quomodo sequitur.  
Dicamus igitur omnium entium non quodlibet agit aut pa-  
titur a quolibet: nec generatur a quolibet: nisi aliquis acci-  
piat hoc per accidens: album enim non fit album ex musico  
nisi accidat nigro aut albo ut sit musicus. Sed album ex  
non albo: et non ex omni non albo: sed ex nigro aut ex me-  
dio: et musicus ex non musico: et non ex omni non musico.  
Sed ex illo quod nullas habet dignitatem in musica: aut ex eo  
quod est alterius dispositionis si sit aliqua hic dispositio inter  
has duas dispositiones.

Sed oportet. Quia ille tres proprietates in principijs iam sunt manife-  
ste: in contrarijs vere due tamen sunt manifeste: tertia vero scilicet quod omnia ge-  
nerentur ex eis non est manifesta per se: et id incepit declarare hoc per in-  
ductionem. Et dicit sed oportet considerare et cetera. scilicet oportet considerare in ter-  
tio proprio inductionem. et dixit. sed considerare oportet. scilicet quod oportet quod generatur:  
generatur ex contrario. D. d. dicam igitur et cetera. quoniam cum induxerimus omnia en-  
tia: non inveniuntur quodlibet agere in quibus: neque pati a quolibet: sed alii  
quod unum terminatum agit in alijs terminatum: et patitur ab aliquo ter-  
minato: et sicut in generatione: et sicut in omnibus transmutationibus: quorum  
actio et passio est quasi genus. D. d. nisi aliquis accipiat. id est nisi ali-  
quis accipiat illud quod est per se per accidens: quoniam tunc posset peccare in hoc  
apparet enim quoniam impossibile est album fieri ex musico: aut ex grammatico: nisi  
accidat nigro ex quo fit album per se ut sit musicus aut grammaticus: et  
hoc intendebat cum dixit nisi accidat et cetera. sed album oportet: et quod sit ex ali-  
quo alio generatur ex illo quod est aliud: et non ex omni alio simpliciter: quoniam tunc  
quodlibet esset ex quolibet: sed ex aliquo alio aut contrario aut me-  
dio inter contraria: cum contraria fuerint mediata. ut cum album sit ex ni-  
gro: aut colore medio inter album et nigrum. Et intendit hic per con-  
trarium ut diximus illud quod est esse contrarium et privationem et habitum: et ideo  
cum induxit exemplum de contrarijs. scilicet albo et nigro: induxit aliud exemplum  
de privatione et habitu. et dixit. et musicus ex non musico. id est musicus non  
generatur et ex omni de quo dicitur non musicus: sed ex illo quod est non musicus: et est in a-  
liis recipe musicam: quod est habet ignorantiam musicam: quod nullas habet dignitatem in  
ea: sed habet potentiam ad discendum illam. D. d. aut ex eo quod est alterum et cetera. id est  
aut ex medio: quod est inter musicam et privationem et habitum. Et dixit  
hoc non quia inter habitum et privationem inveniuntur medii: sed ad verifican-  
dum proponere dicentem: quod oportet quod generatur: aut generatur ex contrarijs: aut ex  
medio. scilicet in contrarijs mediatis: et in hoc loco non curat quocumque modo  
sit: siue aliquis ponat quod inter habitum et privationem sit medium aut non: et  
cum notificavit quod oportet quod generatur est aut ex contrario aut ex medio: incepit  
declarare hoc in corruptione. et dixit.

43

Neque igitur corrumpitur in contingens primum: ut album in  
non musicum nisi forte secundum accidens: sed in non album et non in  
contingens: sed in nigrum aut medium sicut aut musicum in non

16. s. phy.  
6. 19. et 51.  
co. i. de inse-  
quanti. Idem  
p. celi. 10. et  
p. d. generatioe.  
50. Et. 10.  
meta. 23. et  
1. de anima. c.  
44. et 12.  
meta. 1. co.  
6. Idem infra  
h. tex. c. 47.

musicum. & hoc non in contingens: sed in imusicum: aut si ipsis aliquid medium est.

¶ Neq; aliquid etiā corrupit primitus in quodlibet. verbi gratia. albu in musicu: nisi hoc cadat i aliqua di-  
spositione p accidēs: s; corrupit in nō albu: & non in quodlibet nō albu: s; in nigrū aut in mediū. & sicut mu-  
sicus corrupit in nō musicu: & nō in quodlibet nō mu-  
sicu: s; in illud quod nō hz dignitatē in musica: aut in aliqua dīspōnem inter has duas dispositiones.

44

Per accūs  
differt a se-  
cundo.

¶ Neq; etiā corrupit aliquid pncipaliter & per se in quodlibet: s; pncipaliter & per se corrumpitur in aliqđ terminatum vnum: se-  
cundario vero & per accidens nihil prohibet vt aliquod corrupatur in plura vno: aut in quodlibet: eorū enim in que fit corruptio aliud est primū: & aliud est scđm: & est illud in qđ fit corruptio me-  
diante primo: & aliud est accidēs: & est illud qđ fit in qđlibet. illud aut quod est per accidens differt a scđo: qm scđm quoquo modo est terminatū. & illud qđ est per accidens est non terminatū. Arist. igitur exigit prioritatem in corruptione: vt illud in quo fit corruptio vt vnum: & exigit essentialitatem vt sit terminatū: & hoc idē intelli-  
gendū est in generatione. Alia aut dicta in corruptione in hoc ca-  
pitulo manifesta sunt ex eis que dicit in generatione: & dicit vlt q corruptio etiā pncipaliter & per se est: aut de cōtrario in con-  
trarium: aut de habitu in priuationē: aut ad mediū: sicut est dispo-  
sitiō in generatione: & q hoc manifestum est per inductionem: & cū notificat hoc in generatione simpliciter in qua vnum fit ex vno: noti-  
ficat etiā q ita est in generatione composita: in qua vnum fit ex pluribus vno.

¶ Similiter aut hoc est & in alijs: qm non solū simpli-  
cia eorū que sunt: s; et cōposita sū eandē se hnt rōnē: s; pp hoc q opposite dīspōnes nō denoiate sunt: latet hoc cōtingēs: necesse est. n. oē cōsonās ex incōsonātī fieri: & incōsonās ex cōsonātī: & corrupi psonās in in-  
cōsonantia: & hāc nō in cōtingentē: s; in oppositā.

¶ Et ita est de alijs: videmus enim q illa que nō sunt singularia ex entib: s; cōposita eodem mō hnt dīspō-  
nē: s; q dispositiones cōposite nō hnt noiationē: ideo non percipiunt: & si sit necessarius: necesse est enim vt oē cōpositū postqz fuit ex nō pposito: & vt cōpositū cor-  
rūpat in nō habēs cōpositionē: s; nō i qđlibet nō hūs cōpositionē: s; in illud qđ est oppositū illi cōpositioni.

¶ Et ita. Dicit & sicut est de omnibus speciebus generabilium & cor-  
ruptibilium. s. qm generantur ex cōtrario & corrumpunt in contra-  
rium: videmus enim q illa que generantur ex pluribus vno: & sunt illa que nō sunt singularia: s; cōposita: talem dīspōsitiōnem habent in generatione & corruptione: sed q dīspōnes opposite existēs in istis rebus inter illud qđ generat: & illud ex quo generat: & inter illud qđ corrupit: & illud in qđ corrupit non habent nomina: ideo latet cōtrarietas existēs in istis rebus & non percipiūt: s; cum inspicit/videt necesse est existere in eis. ¶ Necesse enim vt omne cō-  
positum fiat ex non cōposito & non ex quolibet non cōposito: sed ex non cōposito terminato: & est illud in quo est priuatio p pna illi cō-  
positioni: & similiter cōpositum corrumpitur in non cōpositum & nō in quodlibet non cōpositum: sed in illud in quo est priuatio illius cō-  
positionis: manifestum est igitur etiā in hoc modo generationis & corruptionis qđ fit ex oppositis sūm habitum & priuationem.

¶ Differt autem nihil inconsonantia dicere aut ordi-  
ne aut compositione: manifestum enim est q sit eadē ratio: at vero domus & statua: & quodlibet aliud fit sicut: domus quidē enim fit non ex eo q cōposita sunt: sed ex eo q diuisa sunt hec sic: & statua & figuratorum ali-  
quod ex non figurato: & vniūquodq; horum: alia qui-  
dem ordo: alia vero cōpositio quedā sunt.

¶ Et non est differētia inter hoc q iste sermo sit in cō-  
positione/aut in ordine/aut cōplexione: manifestū est enim q est idem sermo: & sicut domus & idolum: & alia generatur hoc modo: domus enim generat ex non cō-  
posito sed separato: & sunt aliqua talia in tali dīspō-  
sitione: & similiter idolum & vniūquodq; habentium fi-  
guras fit ex non habente illam figuram: & vniūquodq; istoz quidē est ordo aliquis: & quidē aliqua ppositio.

¶ Et non est. Dicit q nō est dīa in hoc sermone inter hoc q aliqđ ponat q generatio istoz. s. que generantur ex pluribus vno sicut in cō-  
positionem aut sūm ordinē: aut alijs modis: eadē enim est conse-  
cutio in hoc: & ita est in artificialibus sicut in naturalib: domus enim generat ex aliquo non composito cōpositione domus: sed separato: sed illa separata sunt terminata & in dīspōsitiōnibus terminata: non enim componit domus ex quolibet: neq; ex illis ex quibus in-  
nata est componi nisi sint in dīspōsitiōnibus terminata: & hoc in-  
tendebat cum dixit: & sunt talia in tali dīspōsitiōe: & similiter ido-  
lum & vniūquodq; artificialium: quorū generatio est in figura: ge-  
nerantur ex non habente illam figuram: ita q ista priuatio sit pro-  
pria. Deinde dixit: & vniūquodq; istozum. zc. i. vt mihi videtur & vniūquodq; eorum ex quibus generatur cōpositum quoddā hz or-  
dī

45

Ita argy.  
Atq; h par-  
tim ordine  
partim cō-  
positiōe cō-  
stant.

46

Ita est in ar-  
tificialibus  
sicut in ali-  
b q id qđ  
fit fit ex op-  
posito ter-  
minato ad  
oppositū ter-  
minatum.

finem proprium in esse compositi: et quoddam huius compositione propriam in esse eius. et dixit hoc demonstrando quod compositum componitur ex rebus terminatis.

**C**Si ergo hoc verum est quod omne quod fit fit: et eorum/ patur quod corrumpit: aut ex huius aut in contraria: et in horum media: media autem ex contrariis sunt ut colores ex albo et nigro: quare omnia utique erunt que natura fiunt/ aut contraria/ aut ex contrariis.

**C**Si igitur sit hoc verum omne quod generatur et omne quod corrumpitur: generatur et corrumpitur: aut ex contrariis: aut in contraria: aut inter contraria: illa autem que sunt inter contraria sunt ex huius. Verbi gratia: aliquis color ex albo et nigro: ex quo necesse est ut illa que generantur per naturam: sint aut contraria: aut ex contrariis.

**47** **C**Si igitur. Et cum ista inductio sit vera: apparet quod ista propositio universalis est vera. scilicet dicens: quod omne quod generatur et generatur ex contrario: aut ex eis que sunt inter contraria: et omne quod corrumpitur: corrumpitur aut in contrarium: aut in illa que sunt inter contraria. **C**Deinde dixit. illa autem que sunt inter contraria. id est et cum iniunximus huic propositioni aliam manifestam per se: et est quod omnia que sunt inter contraria sunt ex contrariis: ut aliquis medius color ex albo et nigro: sequitur quod omne quod generatur in natura generatur aut ex contrariis: aut ex generatis ex contrariis: et hoc est in prima figura.

**C**Uique quidem igitur ad hoc fere secuti sunt: et aliorum plurimi: quemadmodum diximus prius. Omnes enim elementa/ et ab ipsis vocata principia/ et vere sine ratione ponentes: tamen contraria dicunt tanquam ab ipsa veritate coacti. Differunt tamen ab invicem in eo quod alij quidem priora: alij posteriora suscipiunt: et quod hi quidem notiora sunt ratione: illi autem sunt sensum: hi quidem enim calidum et frigidum: illi autem humidum et siccum: alij autem impari et pari: quidam autem concordiam et discordiam causas ponunt generationis: hec autem ab invicem differunt secundum dictum modum.

**C**In hoc igitur fere plures residuorum conveniunt cum istis ut prius diximus: omnes enim ponunt elementa contraria: et illa que vocant principia: licet sine ratione contraria: quasi compellantur ad hoc et

ipsa veritate: sed differunt in hoc: quoniam quidam accipit ex eis illud quod est prius in scientia: et quidam accipit ex eis illud quod est posterius in scientia: et quidam accipit ex eis illud quod est notius in intellectu: et quidam aliud quod est notius in sensu: quidam enim ponunt causas generationis calidum et frigidum: et quidam humidum et siccum: et quidam pari et impari: aut amicitiam et litem: et ista differunt secundum modum que diximus.

**48** **C**In hoc igitur. tantum de cognitione principiorum. scilicet ea esse contraria: fere omnes antiqui conveniunt cum istis quos diximus: omnes enim ponunt principia et elementa esse contraria: et si sunt sine ratione quoquo modo: sed natura veritatis compellit eos ad hoc: et si conveniunt in hoc quod principia sunt contraria: tamen differunt etiam in hac contrarietate quid sit secundum diversitatem eorum in priori et posteriori ex contrariis: quidam enim accipiunt illud quod est prius in scientia. id est in cognitione per collationem: et quidam accipiunt prius apud intellectum in cognitione: et est illud quod est magis universale: et quidam accipiunt prius apud sensum: et est illud quod est magis particulare: et est hoc secundum quod apparet unicuique eorum. **C**Et dixit. hoc igitur tamen et. id est intendit per plures residuorum illos quos non numeravit. **B. d.** scilicet sit sine ratione. id est sine ratione perfectam inductio induxit eos ad dicendum hoc. scilicet inductio in qua non inducuntur omnia particularia. Deinde dixit: quasi compellantur. id est quasi veritas que est in inductione compellat ad hoc eos. **C**Deinde dixit. sed differunt. id est intendit per prius in scientia ut mihi videtur illud quod est notius per argumentationem: aut illud cuius cognitio indiget argumentatione magis. isti enim ut mihi videtur quod illud quod est humidum est prius in esse. **B. d.** et quidam accipiunt illud quod est notius in intellectu et est illud quod est magis universale. et comparatio inter comprehensibilia ab intellectu: et a sensu non verificatur nisi quando accipit in respectu eorum comprehensionis. **B. d.** et ista etiam differunt. id est et ista que diximus differunt secundum modos proprietatis quos diximus: qui enim ponebant calidum et frigidum et humidum et siccum principia contraria opinabantur quod prius est illud quod est notius in sensu: qui autem ponebant principia pari et impari credebant quod prius in esse est illud quod est notius apud intellectum: et est illud quod est magis universale: illi autem qui ponebant principia amicitiam et litem opinabantur quod prius in esse notum per argumentationem aut notius.

**C**Quare est eadem dicere quodammodo et altera ad invicem: altera quidem quemadmodum videtur pluribus: eadem autem secundum analogiam accipiunt enim ex eadem coordinatione: hec quidem enim continent: alia autem pertinentur priorum: sic igitur similiter dicunt et aliter prius et

Prius cognitum apud intellectum est illud quod est magis universale. Et prius cognitum apud sensum est illud quod est magis particulare. Id est in sequ. Inductio que non inducuntur omnia particularia est ratio imperfecta. per hoc vide. 2. priorum. co. 23. que ibi.

Notus  
fm rōnem:  
singulār s  
sensum.

Melius: et hi quidem notiora fm rōnem: sicut dictum est prius: illi aut fm sensum: vniuersale quidem eniz fm rōnem notum est: singulare aut fm sensu: rō qui/ dem enim vniuersalis est: sensus aut particularis: vt magnum et paruum fm rationem est: rarum autem et densum fm sensum.

Et sic isti hoies conueniunt quodāmodo et dnt: differunt enim fm q vident in eis plures hoies: conueniunt autem fm q sequuntur eandem rōnem: accipiunt enim ex eadem punctione: contrariorum eniz quedam sunt determinantia: et quedam determinata: sunt igitur hoc modo puenientes in sermone: et alio modo cōueniūt: quoniam quedam sunt vtiliora: et quedam nobiliora: et quedam notiora apud intellectum: vt prius diximus: et quedam notiora apud sensum: et vte est notius apud intellectum: et particulare ē notius apud sensum. intelligere. n. est vte: sentire vero particulare. Verbi gratia: quoniam magnum et paruum sunt in intellectu: et rarum et densum in sensu.

49

Et sic isti. Cum dixit q antiq pueniunt in hoc q principia sunt p traria quodāmodo: et differunt alio modo: incepit numerare modos. s. in qbus pueniunt et in qbus differunt. Et dixit. differunt enim fm et. i. differunt diuersitate quam plures hoies sciunt. s. simosa diuersitate: et pueniunt q: pcedunt in p sderatōe p eandem argumētatōem in genere: oēs enim vtuntur inductione: est enim cōe omnibus contrarijs hoc: qm quedam sunt determinantia et q/ dam determinata: et pueniunt in hoc q reducunt terminata ad terminantia per inductionem. Verbi grā: qm qui dicit q principia sunt calidum et frigidum et humidum et siccū nitit per inductionē reducere oia p traria ad ista: et sifr qui dicit q principia sunt par et impar: aut additio et diminutio: fm iqr hūc modū pueniūt in hoc q vtunt eadē argumētatōe in soia: sed dnt fm illud in q arguūt. Deinde dixit: et alio modo et. i. et pueniūt et alio mō: illa enim que dicunt esse principia pueniunt in hoc q aliter p trarioz est vtilius: et reliquum nobilior: in hoc q sunt pportioalia: q: quedam sunt notiora apud intellm: et quedam notiora apud sensum: et sic cō traria que sunt notiora apud intellm habent inter se pportionem fm intellectum: sicut pportio contrarioz que sunt notiora apud sensum inter se fm esse. Et declarat quod est notius apud intellectu: et qd apud sensum. et dixit. vniuersale enim et. et fm hoc pportio calidi aut frigidi apud sensum ē: sicut pportio parisi et ipari apud intellectu: et sifr pportio additiōis et diminutiōis apud intellectu.

Et cū declarauit q vte est notius apud intellectu: et particulare apud sensum dedit eaz in hoc: et dixit. intelligere. n. et. i. et cā in hoc ē. qm cōprehensibile apud intellectu est vte: et cōprehensibile apud sensum est particulare. B. dixit. verbi grā et. i. verbi gratia qm magnum et paruum sunt magis vtilia q rarum et densum: ideo attribuunt magis intellectu: et rarum et densum magis sensui. Et hoc ita est: q: rarum et densum cōprehenduntur in corporibus sensibilibus naturalibus magnum aut et paruum cōprehendunt in corporibus naturalibus et mathematicis.

De numero pncipioz nālū fm veritatē. Cap. 2.



Quod quidem igitur cōtraria opz principia esse manifestū est. Cōsequēs aut vtiqz erit dicere: vtrū duo aut tria aut plura sit vnus qdē. n. ipose ē: qm nō vnus a p rias: infinita aut nō: qm neqz scibile qd est erit. b Et est igit vna p rietas in oī cōre vno: substātia aut vnū qd/ dam genus est. Et qd cōtingit ex finitis melius ex finitis quēadmodum Empedocles qz ex infinitis: oia nāqz ex finitis assignare opinat: quēadmodū Anaxagoras ex infinitis. Amplius sunt alia alijs p riora cō traria: et sunt altera ex alterutris: vt dulce et amarum: et albū et nigrū: principia c aut semp opz manere.

Apparet igitur q necesse est vt principia sint cō traria: et sequit hoc dicere vtrū sint duo aut plura: im/ possibile eniz est vt sint vnū: cōtraria eniz nō sunt vnū neqz et infinita: quoniam tunc ens nō sciret: q: igitur in oī genere est vnus p rariū: et substātia est vnus genus et q: impossibile est vt generatio sit ex principijs infi/ nitis: et est melius vt sint finita: vt dicit Empedocles qz infinita. pōt eniz cōplere oia que affirmant Anaxagoras: cuius posuit generationē eē ex infinitis: et etiā qz cōtrarioz sunt quedā p riora alijs p rarijs: et quedāz p raria que generātur ex alijs p rarijs: vt dulce et amarum: et albū et nigrum: principia vero necesse est vt sint p rmanentia eterna.

Apparet igitur. Manifestus est igitur vniuersaliter q necesse est q sint principia contraria: sed p rsecutā dum est primo vtrum sint duo v l plura duobus. im pōe eniz est vt sint vnū pncipiū: q: principia sunt p rariataz p raria sunt saltē iter

Rar et den/ suz sunt in corpib nā libus. ma/ gnū e pūā tā i nālīb q i marthe maticis s3 tūc oppoio p. cō. 84. q r ti phy. vbi h3 q rar et densuz con traria sunt i p ritate e cā psequun tur. cū igit in marthe/ maticis sit rō p r. s. z. c. Itē oppoio p. cō. 71. q iaz ibi dicit q subtili/ tas mathe maticae cre scit in infi/ nitū. nō ar nālī zc. a Cōtrarie tas nō sal/ uat i vno. b Ana con trarietas ē i oī genere. c Itēz infra ter. cō. 55. c Principia semp opz ma nere.

50

duos: et impossibile est ut sint infinita: quoniam tunc ens erit non scibile: et ut prius diximus: et est in unoquoque genere decem predicamentorum est una contrarietas: et substantia est unum genus eorum: cuius principia sunt quesita: cum substantia sit secundum aliorum generum: unde necesse est ut contrarietas existens in principijs non sit plus quam una: et est contrarietas existens in substantia: et necdum ut sint infinita. Et hoc intendebat cum dixit: et substantia est unum genus: sed tacuit personam: et esse: quod contrarietas existens in eadem est una: et est principium aliorum entium. **C**. **B**. **d**. et quod impossibile est et dicit: et est si processerimus dicentibus principia esse infinita: hoc esse posse: et quod generatio possit fieri ex eisdem: tunc dicens hoc posset concedere quod generatio potest fieri et ex principijs finitis: et cum hoc duo sint possibilissima melius est ut sint ex finitis: ut dicit Empedocles: quod ex infinitis: ut dicit Anaxagoras: quoniam dicentes principia finita esse: potest complere causas omnium apparentium sicut potest complere dicentes ea esse infinita: ut accidit Empedocli cum Anaxagora: et cum processerimus quod natura potest facere ex principijs finitis illud quod facit ex infinitis melius est et rectius ut faciat hoc ex finitis: et sic non tunc natura ageret otiose: quia enim potest saluare modica actione: ille ager actione artificiali: si autem laborauerit actione maiori: otiose faciet et superflue: et ita est de natura sicut de arte. **B**. **d**. et etiam contrarietatis et est non potest aliquid dicere quod omnia contraria sunt principia necdum ut sint infinita. contrarietatis enim quedam sunt priora quibusdam: quia quedam generantur ex quibusdam: ut saporis ex amaro et dulci: et colores ex albo et nigro: principia autem sunt illa contraria que non generantur ex alijs: neque transmutantur velut principia enim debent esse permanentia non transmutabilia: neque generabilia ex alijs.

Vide posse  
3. phy. t. 2.  
48. et 2. ce/  
li. tex. c. 35.

Qui potest  
facere modi  
ca actione il  
le ager ac/  
tione artifi  
ciali. si autem  
laborauerit  
rit actione  
maiori otio  
se faciet et  
superflue et  
ita est de na  
tura sicut de arte  
ex quibus  
nihil est su  
perfluum in  
natura nec in ar  
te. Idem in  
fra co. 56. et  
prio ce. 32.  
Idem. 3. de  
anima. 45.  
Idem. 2. ph.  
78. et 79.

**C**. **Q**uidem igitur: neque unum: neque infinita sunt: manifestum est ex his. Quoniam autem finitorum facere duotantum: vel non facere duotantum habet quosdam rationem: deficiet. nam utique aliquid quod densitas raritatem facere aliquid apta nata sit: aut hic densitatem: sicut autem et alia quecumque contrarietas: non enim concordia discordiam producit: et facit aliquid ex ipsa: neque discordia ex illa: sed utraque alterum quoddam tertium. Quidam autem et plura recipiunt ex quibus parant eorum que sunt naturam.

**D**eclaratum est igitur ex istis sermonibus quod principia non sunt unum: neque infinita: et quia sunt finita erunt tunc in hoc sermone dicente: quod sola duo non agunt est locus dicendi. Homo enim ambigit et nescit quomodo densitas agit raritatem: aut raritas densitatem: et similiter in alijs contrarijs. Impossibile enim est ut amicitia ducat secum litem: et faciat ex ea aliquid: neque illis facit

ex amicitia: sed omnes faciunt aliud tertium: videmus enim quosdam qui acceperunt aliqua plura uno: et posterunt ex eis natura entium.

**D**eclaratum. Cum declaravit quod principia non sunt infinita: incepit persequari utrum sint plura duobus. Et dixit: et quia sunt finita et dicit: quod apparet quod principia sunt finita: et quod non sunt pauciora duobus. Ideo in sermone dicente quod duo non sufficiunt in hoc quod alterum paratur a reliquo est locus rationis: contrarium enim non recipit suum contrarium. suum alteratur in eius formam: quoniam calidum non recipit ex frigido calidum sibi simile: frigus enim sicut quod est frigus non recipit caliditatem neque alteratur in eam: et cum sit impossibile ut calidum faciat ex frigore calidum sibi simile: impossibile est ut ex eo faciat illud velut et sicut et dicitur nihil facit ex raritate neque amicitia ex lite sicut Empedoclem: sed unumquodque contrarium agit in tertium et ex tertio. Et cum declaravit quod contraria non sufficiunt in hoc quod sunt principia: quod alterum nihil facit ex reliquo. dixit. videmus enim quosdam et c. et ideo videmus quosdam ponere aliquid plura uno: ex quibus componit natura unumquodque entium transmutabilem: et quod corpus demonstratum est compositum si simplex. et dicit hoc quoniam si principia essent contraria tamen: tunc generatum esset simplex non compositum: et dixit hoc: quod est ex materia et forma: alteratio igitur contrarium in unum coegit omnes credentes quod omnia corpora sunt composita non simplicia. et quod in eis sunt aliqua plura uno: et maxime prima corpora. scilicet quatuor elementa: ista enim principia de quibus persequantur sunt communia simplicibus et compositis corporibus.

**A**d huc autem amplius: et de hoc aliquis dubitabit nisi aliquis alteram supposuerit contrarijs naturam. Nullus enim videmus eorum que sunt substantiam contraria. Principium autem non de subiecto oportet dici aliquo: erit enim principium principij. Subiectum enim principium est et prius videtur esse predicato. Amplius non esse dicimus substantiam contrariam substantie: qualiter igitur ex non substantijs substantia utique erit: aut quomodo prius non substantia substantia erit.

**E**t cum hoc est ambigit homo in hoc quod narrabo si non posuerit contrarietatis aliam naturam: non enim videmus contraria esse substantiam alicuius rei: et principium non oportet ut dicatur in subiecto aliquo: non enim esse principium principij: subiectum enim est aliquid principium: et existimat quod est prius predicato de illo. Et et non dicimus quod

si

Contrarium si  
recipit suum  
contrarium.  
Idem infra  
2. 54. et 57.  
Idem supra  
co. 42. Idem  
8. phy. co.  
4. 12. met.  
co. 53. et 5.  
phy. 14. et  
p. celi com.  
106.

Alteratio  
contrarietatis  
in unum co/  
egit esse cre  
dere quod omnia  
corpora sunt  
composita.  
Idem infra  
com. 33. ex  
hoc sumitur  
quod transmuta  
tatio facit  
cognoscere  
materiam.  
Idem p. ce.  
20. 7. met. 1.  
co. 4. phy.  
14. 8. met.  
co. 12. et c.

Subiectum  
principij est  
et prius vel  
esse predicato  
et c.

substantia est contraria substantie: quomodo igitur potest esse substantia ex non substantia: et quomodo potest esse non substantia prior substantia.

§2  
Rō coegit pncipia eē ptraria. s; oppositum habet supra t.c. 48.  
Principiū sbe est sba. Idē. 12. me ta. cō. 22.

Nihil pro/hibet ut sbe sint ptrarie s; formas oppositū. s; phy. c. 10. 2. 3. met. c. 5.

Secō d ge/ ne. t. c. 22.

Et cum. Quia ratio coegit principia esse contraria: induxit sed; sermonē contradicentē illi: ut contradictio istorum duorum sermonum cogat nos ad ponendū aliq̄d tertius aliud a contrariis: ut est propriū sermō nib; disputatiuis dicentibus. s; qm̄ illud qd̄ accipit simplr in vitro q; terminatur s; in partem vram; et iste sermo disputatiuis est: q; cōtraria nō sunt substantia alicuius. cōtraria enim dicuntur in subiecto: substantia autē nō dicit in s; bto. ergo ptraria nō sunt substantie: s; principia debēt esse s; bta: q; principia substantie est s; bta: ergo cōtraria nō sunt principia: s; ista psecutio nō est recta: cū apparuerit q; prima ptraria sunt priuatio et forma. Deinde induxit secundā rōnem istius generis: et est q; cōtraria nō sunt substantie: cū substantia nō sit est cōtraria substantie: et principia sunt substantie: qm̄ principia substantie sunt substantie. Et hōdus eouenientie inter has duas rōnes est: qm̄ cum posuerimus subiectum principiorum qd̄ est substantia: et q; alterus cōtrariorū est priuatio: et q; hic est subiectū illius priuationis et forme dissoluent oēs questiones et verificabit q; principia sunt cōtraria: et similiter etiā nihil prohibet ut substantie sint cōtrarie s; in formas nō ptrarie s; in subiectū. et sic dicere q; substantia nō est cōtraria substantie est verum s; in subiectum: et q; substantia est cōtraria substantie s; in formas est verus. et hoc adiuvat Alexander cum dicit. q; in substantiis simplicibus potest esse cōtrarietas nō in cōpositis. et Alexander intelligit hoc qd̄ Arist. dicit in predicamentis: qui dicit: q; proprium est substantie non habere cōtrariū de substantiis cōpositis: nō de simplicibus. Arist. enī dicit in libro de generatione: q; corpora simplicia sunt contraria.

Unde et si aliquis priorem verā putabit esse rōnem et hanc necessariū est si debet saluare utrasq; subesse quoddam tertius quēadmodū dicit vna quādam naturam dicentes esse: ut aquā et ignē aut mediū horū.

Et ideo qui credit q; primus sermo est verus: et iste sermo cōtinget ei necessario si voluerit q; isti duo sermones cōcedant ponere tertius: sicut dixerūt ponētes totum vnius nature aque aut ignis aut mediū horū.

§3  
Et ppter hoc necesse ē ut opinat q; primus sermo dicit: q; principia sunt cōtraria: est verus s; in partē. et q; iste sermo dicit q; principia nō sunt cōtraria: est etiā verus s; in partē. et q; isti duo sermones nō sunt falsi simplr si ponat hic tertiā materiā: et ē alteratio cōtrariorum iniuicē: qm̄ ponēdo istam naturā poterit soluere dubitationes accidentē ex istis duobus sermonibus oppositis. Deinde dicit: sicut dixerūt t. c. i. sicut dixerūt quidam: q; omnia entia facta sunt ex eadē natura: et q; substantie rerū diuersa sunt in rei veritate ista natura vna; ex quibus sunt facte. Quidam igit opinant: q;

ista natura eōis omnibus entibus est vnum elementum quattuor: quidā autē ipsam esse mediū inter contraria eorum.

Uidetur autē mediū magis: ignis enī et terra et aer et aqua ptrarietatibus cōpleta sunt. Unde nō irrationabiliter faciūt subiectū alterum ab his facientes. Aliorū autē quidā aerem. aer enim minime h; aliorū differentias sensibiles: cōsequēter autē aqua.

Et existimatur q; mediū est dignius: ignis enim et terra et aqua et aer sunt mixta per ptrarietatē. Et ideo qui ponit subiectum aliud a cōtrariis: nō fecit non rectum. Et post illū in rectitudine est qui ponit ipsum aerem: aer enim est minimus aliorum in diuersitate sensibili: et sequitur aqua.

§4  
Dicit. Et appet q; q; ponit subiectū aliq̄d mediū inter aere; et ignem: et vniuersalr inter duo vicinantiū dicunt rectius: qm̄ istud subiectum opz ut non habeat aliquam cōtrarietatē in sua substantia: cum cōtrariū nō recipit suum cōtrariū: et aqua et ignis et aer et terra vtrūq; habet cōtrariū in sua substantia: medius autē nullam habet cōtrarietatē in substantia sua: quare medius est proprius nature istius subiecti q; quattuor elementa: et hoc intēdebatur dixit. et ideo qui ponit t. c. Deinde dicit. et post illum t. c. i. et qui ponit ipsum aerem rectius facit q; qui ponit ipsum vnum aliorū: et post illum in rectitudine est qui ponit ipsum aquam. et dixit hic. nam qui ponit ipsum vnum mediorū. i. aque et aeris: et rectius facit q; qui ponit vnum extremorū. Cōtrarietas enim minus est in medijs q; in extremis: et qui ponit aerem rectius facit q; qui ponit aquam: qm̄ differentie sensibiles cōtrarie pauciores sunt in eo. et ideo dixit: et sequit qui ponit ipsum aquā: q; aqua etiā est mediū sicut aer: sed aer excedit aquā in hoc: q; differentie aque sunt manifeste magis sensui: et differentie aeris sunt latentes. Et incedit per diuersitates sensibiles dicit ptrarietas sensibiles. et dixit. q; qui ponit subiectum habens dicitas latētes ponit rectius: q; subiectum in rei veritate est māteuius esse est in potentia.

Sed omnes vnū hoc cōtrariis figurāt: ut densitate et raritate: et eo qd̄ maius et minus. hec autē omnia sūt excellentia. videlz et defectus sicut dicitū est prius. sed videtur antiqua esse hec opinio: q; vnū et superabundantia et defectus principia rerum sunt: sed nō eodem modo. S; antiqui duo quidem facere: vnum autem pati: posteriorum autem quidam contrarium: vnum quidem facere: duo autem pati dicunt magis.

Lra argy. Aer. n. m/ nime reipe ctu cetero/ rā dicit sē sibles h; atq; hūc se quit aqua.

Aer mīme h; dicit sē sibles. idē p de gnōne t. c. 19. 3 dē 2. d al. 1. 113. Deinde aq; ex q; p; q; terra sit tri gidiōr aq; s; oppositū vide. 2. d ge ner. t. c. 23.

Contrarie/ tas min; ē i medijs q; i extremis. Idē. 5. phy li. cō. 51.

Subm i rei vitate ē mā cui; eē est i potētia. cō sile p ca. de sba orbis.

videt antiq; esse opinō q; vnū et sup/ abūdātia et defect; p; cipia rerū sunt.



Sed oēs figurant istud vnū per cōtraria densitatē & raritatem: & magis & minus: & manifestus est q̄ ista vniuersalr sunt in additione & diminutiōe: vt dixim⁹ prius: & fortasse est opinio antiqua. s. vt principia entium sunt vnus & additio & diminutio: s; non eodem modo. Antiqui enim dicunt q̄ illa duo agunt: & vnus patitur: alij autē qui post venerunt: dixerunt econtra: s. q̄ vnus agit & duo patiuntur tm̄.

¶ Cum narrauit q̄ bene fecerunt antiqui in hoc q̄ cum contrarijs posuerunt subiectus: incepit etiā narrare qualr ponebant dispositiōnem cōtrarioꝝ ex hoc subiecto. Et dixit: sed oēs figurant &c. id est sed oēs cōueniūt in hoc q̄ faciunt subiectum figurari per hoc duo cōtraria. i. q̄ ponūt subiectū materiā: & duo cōtraria formam s; q̄ vnusquisq; opinabatur in cōtrarijs. qui enim opinabantur q̄ densitas & raritas sunt prima cōtraria ponebant illa differētiās subiecti: & simlr qui opinabant q̄ hęc cōtraria sunt magis & minus ponebant hęc duo dīas istius subiecti. B. d. & manifestum est &c. i. q̄ raritas & densitas & magis & minus oīa sunt sub additiōne & diminutiōne. B. d. & forte est opinio antiqua: & intendebat q̄ nō est inuenta a Platone. oēs enim & Plato opinabant q̄ principia sunt vnus subiectū: & additio & diminutio: sed opinio eorū in ordinatiōne istius vnus & cōtrarioꝝ non est ea. s. antiqui enī dicebāt: q̄ cōtraria sunt forma agens: & subiectus est materia patiens. posteriores vero & Plato dicebāt q̄ cōtraria sunt materia passiva. s. magnū & parū: & q̄ vnus est forma agens.

¶ Tria quidem igitur dicere elemēta esse & ex his: & ex hūmōialijs intēdentibus videbit vtriq; habere quandam rōnem sicut diximus. Plura autē tribus nō amplius est ad patiendū quidem enim sufficiens est vnū: si autē quattuor: existentibus due erunt contrarietates oportebit seorsum vtriusq; esse alteram quādam materiam mediam. si autē ex inuicē poterit generare: occisā vtriq; altera cōtrarietati erit. Simul autē & impossibile est plures esse cōtrarietates primas. substantia enī vnus quōdam genus est entis: quare in eo qd̄ prius & posterius sunt differunt ab inuicem principia tm̄: sed nō genere: semp enim in vno genere cōtrarietas vna est: oēs enim cōtrarietates reduci vident ad vnā.

¶ Dicere igitur elemēta esse tria. est s; m̄ rationē quoquo modo: quū consideratū fuerit hoc de istis rebus

Sp in vno gne vna est cōtrarietas. Idē sup. t. cō. 50. Idē 10. mēta. t. cōmē. 15.

proprie & similibus: vt diximus. Plura autē tribus nō: in passione autem sufficit vnus: si igitur fuerint quattuor: ita q̄ contrarietates sint due & indiget vtraq; cōtrarietas per se alia natura existente inter illa. Si igitur possibile est vt vnus cōtrarioꝝ sufficiat: tunc reliquum erit superflū: & cum hoc impossibile est vt prima cōtraria sint plura. substantia enim est vnū genus: & principia differūt ab inuicē s; m̄ prius & posterius tm̄: nō s; m̄ genus: in vno enim genere vna est cōtrarietas: & omnes cōtrarietates vident reduci ad vnā.

¶ Dicere igitur. Quoquo mō: q; p̄positiones quibus vtrū in hoc sunt famose: & cum declarauit q̄ principia nō sunt vnū: & apparuit ex disputatiōne ea esse tria: incepit declarare q̄ non sunt plura tribus. Deinde perferatū demonstratiōe: vtrū sint duo aut tria. Deinde. d. plura autē tribus non. i. q; in passione que est s; m̄ generationem sufficit vna cōtrarietas. patiens debet enim esse cōtrariū ei a quo patit: ergo duo cōtraria cum subiecto sufficiunt in transmutatione: q; patiens quōdammodo est cōtrariū: & quōdammodo simile: & est modus quo recipit actionē agentis: & hoc nō est nisi ex subiecto. B. di. si igitur fuerint quattuor &c. i. si igitur cōtraria fuerint duplicia: tunc vtrūq; par indiget subiecto: & tertia natura cōmuni: & hoc intendebat cum dixit: existente inter illa: s; m̄ subiectū est medium inter cōtraria. Et ipse dixit q̄ subiectū est in statu dine mediū. est enī s; m̄ ei quoquo mō: q; est in potētia vtrūq; extremū s; tm̄ s; m̄ ē vtrūq; extremū potētia pura. mediū vero ē vtrūq; extremū in actu: s; tm̄ non in vltima p̄fectione. est igitur in potētia vtrūq; extremū quōdam modo: & in actu alio modo. subiectum vero pura potētia est vtrūq; extremū. Deinde. d. si igitur alterū cōtrarioꝝ sufficit reliquum est superfluum. i. si posuerimus q̄ principia essent sex. & quattuor cōtraria: & duo subiecta: tunc si alterū par cōtrarioꝝ cum suo subiecto sufficiunt in hoc q̄ ex eis generentur omnia: tunc reliquum par erit superfluum. & natura nihil agit superfluum. alterum autē par cōtrarioꝝ sufficit in generatione omnium entium: q; dicitur est q̄ prima principia debent esse cōmuni omnibus entibus. Et signum eius est hoc q̄ omnia entia alterant in inuicem. Deinde induxit secundāz rationē: & dixit. & cum hoc impossibile est. i. & impossibile est vt prima cōtraria sint plura: q; prima cōtraria necesse est vtrūq; primi generis. s. substantie: & cōtraria in quolibet genere sunt vnus par. vnde necesse est vt prima cōtraria sint vnū par. B. d. & principia differūt &c. potest intelligi q̄ prima principia cōtraria que sunt in vno quoq; genere decem predicamentorū non differunt ab inuicem s; m̄ genus: sed s; m̄ q̄ quedam sunt priora quibusdam: & cause quorūdam: & omnia sunt in vno genere: sed reducantur ad prima cōtraria: que

56 Patiens q̄ dāno ē cōtrariū & q̄ dūno s; m̄.

Dūa inter s; m̄ & mediū. s; vide oppositū d; s; m̄ p̄ phys. cō. 57. In medio ē vtrūq; extremū i actu: s; nō i potētia p̄fectōe. Idē. s. phys. 6. 19. Et. s; cō. s; tm̄ op̄pono d; ele/ mentis me/ dyo in qd̄ extra nllō mō sunt in actu s; p̄ ex scōo de gñatione. & ex q̄to ccl.

Ex hoc patet quod prioritas esse ad causam tollit univocationem. Hoc nomen prima contraria existentia in uno quod genere non dicitur equivoce nec univoce: sed sicut per se et posterius. Prima expone Secunda.

Prima expone Secunda.

Secundum naturam eorum prius est dicere: et sic circa unum. quod est propria speculativa. 1. 3. phis. te. co. 2. Et vide ibi.

sunt causa aliorum contrariorum. U. g. quoniam si prima contraria in uno quoque genere sunt opposita sicut esse et non esse sunt esse et non esse sunt esse aliorum oppositorum existentium in a quo predicantur: illa dicitur esse prima contraria. quoniam si nomen prima contraria existit in unoquoque genere non dicitur equivoce: neque univoce: sed sicut per se et posterius: et est modorum nominis ambiguus. Et potest intelligi alio modo et est quod principia contraria que sunt in substantia sunt plura: tamen non differunt a se invicem: nisi sicut per se et posterius: non quod sunt in generibus diversis. et talia contraria reducuntur ad unam contrarietatem que est per omnia. B. d. in uno enim genere et forte intendit dare causam propter quam quedam contraria plura que sunt in eodem genere sunt priora quibusdam sicut per se et posterius. Et forte iste sermo est maioris propositio: quam intendebat declarare quod necesse est ut contrarietas que est in primis principijs est una: et syllogismus sic componitur. prima principia contraria sunt illa que sunt in genere substantie: et prima contrarietas que est in uno genere est una. ergo prima principia contraria sunt unum per contrarios: et sicut hoc erit iste sermo posterius. et tunc sic dicitur legi: sicut enim est unum genus: et in uno genere est una contrarietas. principia enim non differunt a se invicem nisi sicut per se et posterius. sicut per se et posterius aliam exponem dicitur legi in textu: sed dicitur intelligi in eo maioris propositio dicens: quod in uno genere est una contrarietas. quoniam per illam complebitur conclusio. B. d. et omnia contraria videntur reduci et potest intelligi quod omnia contraria que sunt in eodem genere: cum reducuntur in unam contrarietatem sunt in potentia et principia unum. Uel sic: quod omnia contraria que sunt in eodem genere sicut unum quodque genus predicamentorum cum reducuntur ad contraria que sunt in substantia omnia erunt unum in potentia et sicut respectum.

Uel dicit philosophus determinat veritatem de numero principiorum naturalium. Cap. 3.

Quod quidem igitur: neque unum sit elementum: neque plura duobus vel tribus manifestum est. horum autem utrum sit verum que admodum dicitur in dubitatione huius multam. Sic igitur nos dicamus primus de omni generatione aggredientes. Et tenet sicut naturam communia prius dicere: et sic circa unum quodque propria speculativa.

Uel manifestum est igitur quod elementum non est unum: et quod elementa non sunt plura duobus aut tribus: utrum autem sit verum huius maximam questionem. ponam igitur sermonem nostrum hoc modo: incipiamus et consideremus de omni generatione: quoniam tunc procedemus cursu naturali: et prius dicamus vltima cetera: deinde consideremus post de proprijs existentibus in particularibus.

Intendit

Intendit hic per elementum principia que sunt in re. et dicitur quod huius maximam questionem: iam apparuerit ex disputatione principia esse tria: quod necesse est ponere illud quod recipit esse generatur ipsum esse subiectum aut contrarium. Si igitur fuerit contrarium: continget contrarium alterari in suum contrarium: ita quod non esse: alteret in esse: et mutetur in illud: quod est valde improbabile: et si posuerimus quod subiectum est recipiens: et quod contrarium recipit: continget ut in substantia non sit generatio uno. subiectum enim est aliquid demonstratum et substantia: et vltimum contingit ut aliquid sit: autem sit: quoniam si non sit nisi ex substantia que est subiectum: et ista substantia sit ceteris omnibus entibus: et ens non generat nisi ex ente: ergo ens est antequam generet: et ista questio cogit plures antequam quos ad negandum generationem. Beinde. d. tunc enim procedimus et cetera. et in via doctrine. et quod dicat: et intendimus considerare prius de rebus uniuersalibus ceteris: quod ista doctrina est naturalis. est enim doctrina cuius propositiones accepte in ea sunt maxime et sine medio: et cum hoc manifestiores et non accidit in ea iteratio. Et intendit per communem generationem: generationem que fit in substantia et in omnibus predicamentis: et de substantia generationem communem quattuor corporibus. signi et aque et aeri et terre: et corporibus compositis. et vltimum generationem que est unius ex uno. ista enim generatio est quattuor elementorum et compositorum. generatio autem que est unius ex pluribus perscrutanda est in libro de generatione: et hoc intendebat quod dicit. B. considerabimus post de proprijs. id est de proprijs existentibus in generatione uniuersalibus generabilibus: et hoc est in omnibus partibus istius scientie. De generatione autem corporum simplicium et compositorum loquitur in libro de generatione. et in quarto methis. et de proprijs uniuersalibus composito loquitur in libro de mineris: et in libro de plantis. et in libro de animalibus. sed librum de mineris non habemus neque de plantis nisi duos tractatus.

Dicimus enim fieri ex alio aliud: et ex altero alterum: aut simplicia dicentes: aut composita. Dico autem sic: hoc est enim hoc fieri hominem musicum: est autem non musicum aliquid fieri musicum: aut non musicum hominem fieri hominem musicum. Simpliciter quidem igitur dico: quod fit hominem et non musicum: et quod simpliciter fit musicum: compositum autem et quod fit: et quod factum est cum non musicum hominem dicimus fieri: aut musicum: aut musicum hominem. horum autem hoc quidem non solum dicitur hoc aliquid fieri: sed etiam ex hoc ut ex non musico musicum: hoc autem non dicitur in omnibus: ut ex homine factus sit musicus: sed homo factus sit musicus.

Dicamus igitur quod cum dicimus aliquid generari ex aliquo alio: et quod uniuersaliter generabile generatur

Comen. Auer.

57

Doctrina que incipit a rebus vltimis ceteris est naturalis: cuius propositiones accepte sunt immediate. tamen quod manifestiores. tamen et quod non accidit reiteratio. Ideo dicitur in principio suo libro phis.

Libri 8 mineris non habemus neque de plantis nisi duos tractatus.

ex alio: forte intendim<sup>9</sup> simplicia z forte composita. z intelligo hoc qd narrabo: homo fit musicus: z no musicus fit musicus: z homo no musicus fit homo musicus: intelligo hoc cum dico generatus simplex hominem z no musicus. Et intelligo cum dico generatus simplex musicu. Et intelligo et p generatu compositu homines no musicus fieri homine musicu. Sed alterum duorum illorum dicitur fieri ex hoc z fieri hoc. Dicimus eniz qd ex no musico fit musicus: aut no musicus fit musicus. Reliquu vero no in omni dicitur vtruzq. non enim dicimus qd ex homine fit musicus: sed homo fit musicus.

58 Et est manifestu: qd aliquid generat ex aliquo aut ab aliquo: z intendim<sup>9</sup> altera duarum intentionu: qm aut intendimus per hanc propositione rem simplicem aut compositam. A. gra. qm quu dicimus qd ho fit musicus: intendim<sup>9</sup> qd musicus fit ex simplici qd est ho qui est subiectu musici. z simlr qd dicimus qd musicus fit musicus: intendimus qd musicus et fit ex re simplici que est no musicu: que est priuatio musici. z quu dicimus qd homo no musicus fit musicus: intendimus qd musicus fit ex duob<sup>9</sup>. s. ex homine z no musico. z hoc intendebat quu dixit. forte intendimus zc. Et quu dixit. homo imusicus fit musicus: intendit generatione que attribuitur subiecto in quo est generatu. Et quu dixit. z imusicus fit musicus: intendit generatione que attribuitur opposito: siue sit contrariuz siue sit priuatio. Et quu dixit. z homo no musicus fit musicus. intendit generatione que attribuitur vtruzq. s. subiecto z opposito. Deinde exposuit hec tria. z dixit: z intelligo quuz dico generatus simplex zc. i. z intelligo quuz dico qd generatio generati attribuitur rei simplici subiectu qd est homo in hoc exemplo: z oppositu qd est no musicu. z intelligo per illud cuius generatio attribuitur rei compositae illud qd attribuitur vtruzq. s. opposito z subiecto: qd est homo no musicus. z vniuersalr dicit qd generatio attribuitur opposito z subiecto z ambobus: z per oppositu intellige contrariuz z priuatione: z hoc est comune siue generatio fit in substancia aut in alijs pdicamentis. Et quu notificauit qd generatio attribuitur his duob<sup>9</sup> simplicib<sup>9</sup>: dedit dnam inter illam sm vocem z sm rem. z dixit. sed alterum fieri hoc. z ex ipso fieri hoc. z hoc est sm idioma eoz. z ideo dixit. dicimus eniz qd no ex musico zc. reliquu vero. s. subiectu no proferatur nisi vno modo: scz ipsum fieri hoc: no ex ipso fieri hoc. no enim dicimus qd ex homine fit musicus: sed dicimus homine fieri musicum. Et nota dum est qd hoc est sm idioma eorum: z quoddam accidit in hoc tempore. hec enim prepositio. ex. in arabico est comunis: quandoqz igitur notat oppositum. z quandoqz subiectum. hec

Dna sm v  
e e inter pri  
uationez z  
mam.

Documetu

autem prepositio. ab. notat causam agente tanquam subiectum. oppositum vero in nostro idiomate non dicitur fieri hoc: sed tantum dicitur in subiecto. hec vero prepositio. post. in nostro idiomate dicitur proprie de opposito z no de subiecto: dicimus enim post non musicum fit musicus: z non dicimus qd post hominem fit musicus: z cum dedit differentiam sm vocem dedit differentiam sm rem zc.

Et eorum autez que sunt sicut simplicia: dicimus fieri aliquid quide permanes fit: aliud vero no permanens: homo quidez eniz permanet musicus factus homo: z est: sed no musicus z imusicus: neqz simpliciter: neqz composituz permanet.

